

conjuncti sumus, non ficto amore set verissimo vinculo, sicut confitentur nobis servare et tueri regnum nostrum ab omni parte, sicut veri fratres et inseparabiles amici, secundum mandatum Christi Dei nostri, quod est diligere invicem, et in hoc discipulos ejus fieri; sicut sancte Domus Alemannorum fratres perficiunt omnem legem scriptam et christianam, et pro transitoria vita voluerunt et emerunt immortalem et eternum regnum Dei, sicut scriptum est: «Ubi ego sum, illic et minister meus erit»; et iterum: «Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum». Propter hoc, sanctam domum istam Dei habitaculum appellamus et volumus ipsorum participes fieri in omnibus hiis bonis, et dedimus eisdem supra nominatam civitatem Haroniam cum terra sibi contigua et separata, cum suo confinio, sicut dispositum est, et nunc recordamur per partes sigillatim: Civitatem Haroniam, cum molendinis, abbaciam *Ovide*, abbaciam *Sancti Mamas*, abbaciam *Sougre*²⁸⁸, casale *Lalyan* (*b*), casale *Costinos*, casale *Goustgenache* (*c*), casale *Gausquigne*, casale *Cherrare*, casale *Chacorin* (*d*), cum suo molendino, casale *Cainchequice* (*e*), *Aguechemoin*; castine, *Sanctum Danielelem*, *Davenim*, *Saargague*, *Sanctum Thoros*, *Cievaverac pirt*, *Quiang Thelague* (*f*), *Mautrigue Pert*, *Guenecch*, *Hachoudage* (*g*), in quo sunt regis rustici et unus rusticus domini Michælis *d'Andraple*, et alii regis ligiorum hominum rustici, et domini *Baugdin* (*h*) *Emerance* (*i*). Illos rusticos si volunt fratres dimittere in sua terra, dabunt sicut ante erat constitutum, ut darent medietatem redditum qui dicentur armenice *engague*²⁸⁹ Haronie, et cetera dominis suis. Sin autem accipiet unusquisque suos

²⁸⁸ On pourrait le prendre pour Chougher Շուղր; mais ce n'est pas le célèbre couvent situé au sud d'Antioche.

²⁸⁹ L'impôt foncier que les sujets payaient au gouvernement, pendant la dynastie des princes de Sissouan, s'élevait à la cinquième partie des revenus annuels, comme l'affirme aussi Sempad dans son livre des lois, (Ch. I.). En effet, *Engague*, en arménien Հնգուկ *Hengag*, signifie la cinquième partie. Langlois pense que le mot du texte arménien devrait être *yeg* (եկք), signifiant les revenus ou les rentes du gouvernement; mais cela n'est pas admissible.

- a.* L'exemplaire de Langlois, — negocium.
- b.* Id. de Venise, — Loulian.
- c.* Dans Langlois, manque — Goustgenache.
- d.* Exemplaire de Venise, — Cachorin.
- e.* Id. — Cainthequece.
- f.* Id. Langlois, — Quiang, Telagre, Id. Mautrigue, Port.